

Tit. II.

De Novationibus & Delegationibus.

§. 1. Novatio, est

vel *Necessaria*, impropria, quæ fit *Litis contestatione*, & insecutâ sententiâ, contra reum etiam invitum.

Prior quidem obligatio non tollitur, nec deterioratur.

Manet privil. dotis, separationis, pignus, usura.

Qualitates tamen aliquæ Actori favorabiles accedunt,
v.g. *Action*, alias *peritura*, perpetuatur longius.

Post rem judicatam non debentur usuræ ipsius obliga-
tionis, sed tantum usuræ judicati.

Tutores pro virilibus tantum tenentur, si generaliter si-
mul ad unam certam quantitatem daninati.

§. 2. vel Voluntaria, propria, quæ

Est prioris debiti in aliam obligationem s. civilem, s. natura-
lem stipulatō (pacto, Can. & mor.) facta transfusio, priore
peremptâ. Estq; vel *simplex*, vel *transumpta*.

Simplex fit, manente eodem Creditore & Debitor, *animo
novandi verbis expresso*, etiamsi in posteriore nihil sit
amplius quam in priore.

Nec hodie valet præsumptus animus etiam ex valde veri-
similibus, s. dies adjectus vel aliud, s. fidejuss. assumptus &c.

§. 3. (1) Subiecta: Relativum: Creditor.

Potest novare is, cui rectè solvit, vel ejus jussu alii,

Non pupillus, non servus: modò

1. sit absq; præjudicio ejus cui quis nocere nequit.

2 ipse obligationem inierit (non adjectus)

3. si cui bonis interd. faciat suam conditionē meliorem.

4. si tutor faciat, & pupillo sit expediens.

Correlativum, Debitor quivis, etiam pupillus, si Creditor sit
contentus.

§. 4.